

8. Et hinc patet, alias facultates anime, putar voluntatem &
sensus tūm internos tūm externos non posse formare Universa-
le hujusmodi Logicum, nisi forte excipere velis Phantasiam,
nec ullo modo occurrit Universale Metaphysicum quā tale.

9. Hinc tandem
prout opponitur
trag, omnem me-
versitatem, consiste-
rium, quā b. i.
Universale, ite-
versali Metaphy-
cum ipsa Entia
objectū spēcē

10. Hisce
omnibus du-
nomina rec

Pertracta
duntaxat
Entis Pro-
tūm En-
genere
ad illa
quales
gulis
ad huc
agere solent Metaphysicam. a tamen Controversæ ille non
sunt, nolumus fingere lites & capessere arma cum nullus
adest hostis, quod esset Andabatarum more pugnare, &
cum larvis certamen ingredi. Temporis quoq; habenda est
ratio, quod spe opinioneq; citius nos deserit. Alij quibus
plus vacat edant plura. Nō festinamus ad Disputationem
ultimam, quā propediem habebitur, de SUBSTANTIA
& ACCIDENTE.

F I N I S.

5
288
inō Intrinseca ipsi
in Numerica, sed Uni-
versitatis & adiquata plus
ositum. Logicum verò
alis Ultimus de Uni-
nisi ab Intellectu una
q; Universali Metaphysica

is responsis satis fieri potest
istieis moventur, quorum
icat in presenti.

M.

divinā, non Procēdium
solum quā ad Nominalē
amq; Ens Rationis, nec tan-
tum, Affectiones item in
id & Disjunctas plerasq; quo-
pud Autores reperimus, &
tamen atq; ingenuum de sin-
isuimus. Restat equidem una
is Disjuncta, de quibus iridem

JESU BONE FAVE!
DISPUTATIO METAPHYSICA
DUODECIMA eaq; ULTIMA.
SUMMARIAM DECISIONEM
CONTROVERSIARUM
DE

SUBSTANTIA ET ACCIDENTE. OCCURRENTIUM.

exhibens

quam

In Florentissima Leucorea

Sub Prefadio

M. JOHANNIS BAYERI

Eperiessino Hungari Facult. Philosoph.

Adjuncti.

Publicæ Philosophantum līme
submittit

MATTHIAS Stürzer /

Neofoliensis Hungarus.

In Auditorio Majori

Ad diem 26. Martij. boris Pomerid.

Anno M DC LIX.

Typis JOHANNIS BORCKARDI.

f. III. 2078

DECIS. I. i. Per SUBSTANTIAM & ACCIDENS restringitur atq; determinatur Ens ad expressiorem Essendi rationem.

2. Dividitur namq; Ens rectè, immediatè & adequatè in substantiam & Accidens, non quidem ut in species propriè dictas, attamen ut conceptus expressiores, habentes se in star specierum. Non probamus sententiam eorum, qui dicunt Ens dividiri per Substantiam & Accidens, mediantibus aliis divisionibus prioribus. Non ergò placet Suarez d. 28. Met. S. I. n. 7. seq. qui dividit Ens primum in Finitum & Infinitum, Creatum & Increatuum &c. Actum demum Ens Finitum & Creatum dividit in Substantiam & Accidens. Non placet Toletus lib. Categ. c. 15. q. 1. qui dividit Ens in Reale & Rationis & Reale postmodum dividit in substantiam & Accidens, seu per decem Prædicamenta: Nisi forte velit priorem distinctionem solum ad evolutionem nominis præmissam. Et hinc quando alij præmittunt huic Entis divisioni illas quib; Ens dividitur in Positivum & Privatum, per se & per Accidens, Completum & Incompletum, & postea demum Ens Positivum, per se, Completum, in Substantiam, & Accidens, patet inquam hæc & similia vel ad nominis tantum æquivationem tollendam facere, vel plane de nihilo esse. Non placet quoq; Masius apud Lalemandet. qui Ens dividit juxta divisionem in quasi species immediate per decem Categories &c. Non Meeuissius & Lalemandet. qui in Deum & Creaturam. Nec tolerare possumus eos, qui præter substantiam & Accidens, alia fingunt Entia ab his distincta.

DEC. II. Ubi Ens respectu Substantie & Accidentis non habet se/epurè Äquivocè. Ut contra R. Mosen apud Thomam q. 7. de Potentia Dei art. 8. Porphyrium in Isagog. c. de Spec. Damascenum in Dialect. c. 46. Domin. à Soto in Antep. c. 4.

q. i. aliosq; disputat accuratè Dn. D. Calovius in Met. Div. part. Spec p. 13. Imò Scholastici pleriq; operosi sunt in eo ut demonstrent Ens ad Substantiam & Accidens &c. non esse purè & equivocum. Et rectè quoq; supponit Adrianus Heereboord in Notis ad Metaph. Maccov. p. 179. dari Accidentia contra Recentiores quosdam.

2. Non tamen Univocè, ut putat Scotus cum suis, quos sequitur Danie! Voet. in peculiari disp. Fr. B. Sp. disp. 1. Met. dub. 3. Oviedo Met. controv. I. p. 8. Ubi Catalogus quoq; aliorum idem sententium videri potest: & multi alii.

3. Sed Analogicè per Analogiam intrinsecæ attributionis: diversitate in Modo participandi orta tum ab Accidentiis in Essendo à Substantiâ Dependentia, tum ab Entis transcedentiâ. Quod Nostrates pleriq; statuunt, ex quibus Dn. D. Schaff. Dn. D. Calovius Dn. Ebelius & alij. Consentit ex Calvinianis Heereboord in Not. ad Met. Maccov. p. 180. Estq; Communis hæc Thomistarum contrâ Scotistas assertio. Johann. Lalemand. satis infeliciter conatur Thomistarum & Scotistarum lites compescere.

DEC. III. Quia verò Substantia vel Increata est nempè Deus, vel Cœta, quæri solet quomodo se habeat Ens & consequenter ipsa quoq; Substantia, item spiritus & sanguis sunt prædicata seu Synonymica, seu Paronimica, Deo & Creaturis communia, respectu Dei & Creaturarum? Breviter iterum.

1. Non purè & Equivocè. Quod itidem statuunt ferè qui Ens ad substantiam & Accidens & equivocum esse putant. Sed præter illos quoq; alij plures, de quibus actum suprà.

2. Non Univocè. Quod Scotista rursus alioq; ipsis oibz. 179. conatur obtrudere. Daniel Voet. tamen qui in præced. Controv. egit Scotistam, in praesenti cum Thomistis facit.

3. Sed Analogicè, Analogia itidem Attributionis Intrinsecæ: diver-

diversitate rursus in Modo participandi orta, tum à Creatura in Essendo Dependentia, tum à Dei suprà Clases prædicamentales constitutione, atq; Entis ipsius Transcedentia. Quæ sententia est Thomistarum & plerorumq; ex nostris ac Calvinianis.

DEC. IV. SUBSTANTIÆ verò CONCEPTUS Essentialis, Formalis, Proprius & Adequatus, non est Substare Accidentibus, seu recipere Accidentia: nec esse de constitutivo alicujus: Nec constituere unum per se, nec fundare subsistentiam: nec esse de primò constitutivo rei: nec esse independentis ab alio, ut à Subjecto: nec esse non inhaerens: sed nec intrinsecè constituere primam rem. Piores sententias omnes & rectè & fuisse satis refutat Atriaga disp. 4. Met. sect. 2. 3. & 4. & tandem ipse eam quam ultimò posuimus introducere conatur, sed præter rem. Vid. disp. dict. Daniel Voet. de Divis. Entis in Substantiam & Accidens, itemq; Ovied. disp. 6. Met. part. 1. § 1. & alij.

2. Sed nec proba descriptio Substantiæ illa est: Substantia est conceptus quidditatirus rei, & quidem absolutus, proprius, quo durante res durat, ceteris omnibus mutatis aut circumscriptis. Quam propinat Mendoza. disp. 18. Met. sect. 2. Refutatur verò ab Oviedone Controv. Met. 6. p. 1. § 1. & Paulo Voet. Phil. Reform. hl. p. 528.

3. Multò minus eo: Substantia est id, quod primario & propter se intenditur à natura. Quæ est Oviedon. Contr. Met. 6. p. 1. § 2. qui dicit euidem se acceptare vulgarem definitionem, quæ Substantia definitur per Ens per se; sed eam hoc pacto explicat ut in decisione est positum. Vid. itidem Paul. Voet. I. d.

4. Sed optima est definitio Substantiæ, quæ dicitur Substantia esse Ens subsistens. Ita ut subsistentia sit modus quidam expressionis Entis super addens ipsi Perfectat m, prout hæc opponitur inexistencia, in subjecto tanquam essentia necessario ful-

cro. Ita Dn. D. Scharf. in Met. Exempl. & alij Nostrates Philosophi accurratiores. Cum quibus faciunt Thomistæ definientes substantiam, quod sit Ens per se, seu ut loquuntur, Ens per se existens. Quos ex Recentioribus sequitur Caramuel, & hunc è Calvinianis Paul. Voetius.

5. Ubiq; Ens subsistens, per se existens & quæ his Synonymalia sunt, non dextre satis explicantur hoc modo: *Ens per se existens*, *Ens subsistens &c.* est id, quod ut *Quo vel Quod in eō ordine in quo reperitur est naturaliter affectum Forma*, quæ dat esse *subsistens*. Quo pacto rem exponit Fr. B. Spei Logic. tract. disp. 1. dubio. 2. Ref. 3. allegans pro sc̄e Bachonem in l.D. 8. a. 2. quanquam nescio an ex verbis Bachonis ibidem adductis exculpri hæc sententia possit. Non enim obscurum est quid intendat Fr. B. Spei puta degradationem atq; exclusionem Formarum Substantialium Brutalium è Substantiarum ordine quod alibi apertius prodit; quæ tamen sententia Bachoni fortassis in mentem nunquam venit.

6. Neq; satis probè per *Essere à nullo prorsus subiecto pendens*, ut DEUS, Angelus, vel non nisi pendens ut *Constitutivum primæ rei*, seu *prima radicis totalis Entis primò ē per se à natura intenti*, sive non intenti, propter aliud ad æquatè à se distincti. Quomodo explicat rem tūm Arriaga tūm Mendoza tūm Oviedo tūm Comptonus, tūm alij Contra quos disputat Fr. B. Spei l.d. refol. 2.

7. Sed optima omnium est illa expositio, quæ traditur communiter, quod nempè *Ens subsistens*, *per se existens &c.* sit, quod non est in subiecto Inexistentis; tñ subiecto Inexistentis ita explicato, quod est in alio ē non ut pars ejus *Essentialis* vel *integralis* ē ita tamen in est, ut sine eo naturaliter esse non possit. Quicquid etiam contra communem hancce expositionem & declarationem arguetur Fr. B. Spei l.d. refol. 1. quas ubilitates nos parvi facimus.

DEC V.

DEC. V. ACCIDENS proprium dictum est itidem verum Ens. Secus atq; putavit Scaliger Exerc. 75. sect. 1. 397. §. 24. Dominic. à Scoto in Antep. c. 4. quæst. 1. & alij: Vid: Dn: Scheiblerus h. 1.

DEC. VI. Datur quog; una quædam communis natura Accidentium omnium, in quā universa Accidentia genera conveniunt. Tum contra Suarezum disp. 37. Met. sect. 1. n. 5. qui negat dari unum conceptum objectivum Accidentis ut sc̄e, nisi æquivocum, eo quod putet Accidentia nonnulla non esse Accidentia vera. Tum contra eos qui Analogiam admittunt, sed existimant Analogiam tollere rei veritatem & conceptus unitatem, de quo vid. iterum Scheiblerus, ut & Dn. D. Calovius.

2. Estq; Natura illa Communis Accidentium omnium simul sumptorum non purè æquivoca. Vti putat Suarez paulo ante citatus & alio modo illi, qui vel quantitatem, vel alia Accidentia è numero serieq; Accidentium propriæ dictorum conactur ex turbare.

3. Nec tamen Univocum sed Analogum. De quo rursus Scheiblerus.

DEC. VII. Est verò accidentis Ens In Existens Seu obtinens Essentiam suam per InExistentiam vel Inherentiam.

2. Per quam Inexistentiam afficitur extraessentialiter ab Accidente Substantia. In eo nonnulli ponunt ipsam formalem rationem Accidentis; verius tamen consequens immediatum hoc est Accidentis in esse jam constituti.

3. Et hinc Informare quoq; dicitur Substantiam, esseq; adeo Forma quædam Substantia, non quidem æquivoce prorsus dicta ad Formam Substantialam, nec Univocè omnino, sed Analogicè, vocaturq; Forma Accidentalis. vid iterum Dn. Scheiblerus & Dn. D. Calovius.

DEC. VIII. Inherentia verò seu Inexistentia, quanquam non semper strictè sic dicta sit est, de Accidentis Essentia. Negat id

id Scotus, Sonecina, Antonius Andreæ & alij. Contra quos
disputat B. Jac. Martini. Exerc lib. 2. Exerc. 7. Theor. 1. & cen-
tur. 9. quæst. Illust. disp. 1 quæst. 2.

2. Et quidem si de naturali statu, ordine & potentia sermo
sit In Existentia illa accidentis verè & realiter existentis non
potest esse nisi actualis.

3. Si sermo sit de Potentia DEI Absoluta, dicitur Accidentibus
spectatis in esse absoluто, ac sine προθέσει, non videtur esse co-
arctanda divina omnipotentiae usque, ut nequeat illa ipsa con-
servare aliquod Accidens, non innixum substantie: quoniam
& h. l. discriben sit inter Accidentia faciendum. Vid. B. Jac.
Martini dictis locis, & Dn. Ebelius de Separatione pro-
prietorum.

ADMONITIO.

Ad specialiores tūm Substantiā tūm Accidentis Mo-
dos progredi non licet in præsenti. Peculiarem hæc res
operam requirit, præcedancā si non majorem, certè non
minorem. Reservabimus eam, & tempori & oc-
casioni commodori. Pro his verò
decernimus.

LAUDEM SOLI DEO!



J.

Euseb.

VE!

G N
. SCI
Inj

In Ampli

M. JOH

ISA

In Aud

5

D N E
ICO,
oréa,
O

Philosophica
Votis

B A Y E R,

garus,
ANIO,

ro,
A. 1658.
ntemeridianis.

Wende.

6. III. 2035

EXEGEMA
PHILOSOPHICVM

51

667
Anf.

TRIVM PRAECIPVORVM ET
GRAVISSIMORVM THEO-
REMATVM.

Quorum

- I. De Unione Animæ rationalis cum corpore Organico.
II. De Localitate cuiusq; substantie Create.
III. De Inherentia accidentis in subiecto.

Ad varios hinc inde vagantes errores dignoscen-
dos & dijudicandos;

Libero philosophantium iudicio & censura subiectum:


In illustri ac perantiqua Acad. Heidelbergensi.

à

M. CLEMENTE TIMPLERO
Stolpensi Misnico.

Respondente

MARTINO STOEREL
Bistriciensi Transyluano.



HEIDELBERGÆ. Apud Iosuam Harnisch.

M. D. XCIII.